



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio Prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO PRIMA,
SACROSANCTI OE-
CVMENICI ET GENE-
RALIS CONCILII TRI-
DENTINI,

Sub Paulo III. Pont. Max.

CELEBRATA DIE XIII.
 MENSIS DEC. ANNO
 DOM. M.D.XLV.

Decretum de inchoando Concilio.

Placetne vobis, ad laudem & gloriam
 sancte & indiuiduae Trinitatis, Patris
 & Filij, & Spiritus sancti, ad incre-
 mentum, & exaltationem fidei, & religionis
 Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pa-
 cem, & unionem Ecclesie, ad reformationem
 cleri, & populi Christiani, ad depressionem,
 & extinctionem hostium Christiani nominis,
 decernere, & declarare, sacrum Tridentinum
 & generale Concilium incipere, & incepsum
 esse: Responderunt, Placet.

Indictio futuræ Sessionis.

Et cum proxima sit celeritas Natiuitatis
Domini nostri Iesu Christi; & subsequantur

alioe

alię festiuitates labētis & incipiētis anni; placetne vobis primam futuram Sessionem habēdā esse die Iouis post Epiphaniam, quae erit septima mensis Ianuar. anno Domini M. D. XLVI. Responderunt. Placet.

SESSIO SECUNDA,
CELEBRATA DIE VII. MEN-
SIS IANVARII,
M. D. XLVI.

Decretum de modo viuendi, & alijs in
Concilio seruandis.

Sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicae Sedis Legatis, agnoscenscum B. Iacobo Apostolo, quod omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre. lumen qui ijs, qui postulat, à se sapientiam, dat omnibus affuentem, & non improperat eis & simul sciens, quid b̄ milium sapientiae est timor b̄ Prou. 1. Domini, statuit, & decreuit, omnes & singulos Christi fideles, in ciuitate Tridentina congregatos, exhortados esse, prout exhortatur, ut se à malis & peccatis hactenus cōmisissem dare, ac de cetero c in timore Domini ambulare, & desideria carnis non persicere, oratio & 9. mibus instare, sèpius cōfueri, Eucharistie sa-

a Iac. 1.

Psal. 110.

c Prou. 1.

cramen-